

hominis firma

ut talis prauitates

res fuerit

res sumus digni

se facta

nonne terra

ut res

omni avaritia et avaritia mea

rebuere pariter **Et** **Et**

Amelioros iohannes quibus d. **psalm.**

**D**omine deus fidelis tuus omni

scorum tuos semper iustitiam

stare et tuos pariter supplicatos

unum **D**eus omnipotens **Et**

inquit celestia adunata pariter

incedente tuo cetero in te tuo.

quod omnia omnia adunata in unum

**Et** **Et** **Et**

restita **Et** **Et** **Et**

omni deus in qui gloriosos

in te tuos davidum inprostratum

synagoga annu castro in avaritia

CCM



REVERENDO  
DOCTISSIMOQVE VI-  
RO, DN. M. VALENTINO  
Mylio, Pastori Ostrauiano

ET

LECTISSIMAE VIRGI-  
NI CATHARINAE LOH-  
mans, Sponsis, gratulantur  
amici.



*HELMMAESTADII*

Excudebat Iacobus Lucius,  
Anno M. D. IC.

*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*



**H**erciniæ natum campis in pinguibus Ilæ  
Nostrum Myliaden, animo ingenioq; valen-  
tem  
Nobile Quadicolûm sydus Soræq; Neander  
Primum perdocuit linguas artesq; Mineruæ,  
Quæ sordent hodiè vulgo, vulgiq; superbis  
Semper heris, vulgus propriè quos dixeris ipsum.  
Sic doctum accepit, cui paret ianua cæli  
Impiæ hypocrifeos stultæq; superstitionis  
Eusebie domitrix, disciplinaq; salubri  
Sedula perfectum dextrè formauit ad vnguem  
Vt rectam ipse viam superûm bene nosset ad arcem,  
Quamq; satis nosset, cum primis impiger iret.  
Nunc igitur princeps ter maximus vniuersi,  
Pastorum princeps huic partem credit ouilis  
Myliadæ, vtq; vacet mandatæ operæ atq; labori,  
Addit ei vitæ sociam, de vallibus Harpæ.  
Ipsa domi vigilans, defessum à sole maritum  
Vlnis accipiet cupidè, mensaq; locabit.  
Ille greges vero ducet per pascua læta,  
Nec sinet occidere aut errare è millibus vnâ:  
Tota mente nihil curæq; fideiq; remittens.

Helmæstadij in ac. IVL. III. Kal.  
Mai. vndemillesimo sexcen-  
tesimo.

*IOANNES CASELIUS.*

A 2

VALEN-

VALENTINO MYLIO, PASTORI  
OSTRAVIANO ET SPONSO, A-  
mico veteri carissimo S.

**H**odiè demum illuxit dies, mi Valentine, quem videre iam pridem desiderauimus. Gratulantur enim tibi amici, tum de dignitate Ecclesiastæ, qua tertio ab hoc mense auctus es, tum de matrimonio, quod cum Sponsa tua Catharina, lectissima virgine, hodiè, τὸν θεόν, inibis. De utroq; magnus ad dicendum campus etiam mihi sese aperiat, nisi impediar, quo minus, quod amicitia nostra debeo, ut velim, persoluam, quod, cum his diebus ad nos excurrisses, vidisti. Hoc nisi sit, diligenter ostendam, quàm præclare omnes muneris tibi commissi partes intelligas & expleturus mihi quoq; videaris, quem latino, græco, & hebræo sermone atq; plerisq; studij sapientiæ partibus haud vulgariter cognitis, ad sacras literas sese contulisse nouimus, & quotidie in illo esse omniq; vita futurum non dubitamus, ut quamplurimas ingenij dotes à DEO immortalis tibi concessas, assidua industria tua adaugeas, & multum boni fidei tue creditis hominibus concilies. Hinc ad Sponse tue laudes, si otium mihi sit, digrediar, quam & constans fama, & res ipsa restatum faciunt, honesto loco natam, benè pudicèq; ad curam rei familiaris eductam, tuiq; à quo sese vnice amari intelligit, valde esse obseruantem, ut permultum felicitatis humanæ ex nuptijs vestris vobis oboriturum rectè ominari nobis videamur. Ut breuior sim, & tamen beneuolentiam in te meam tibi declararem, boni vobis opto, quantum mihi & meis, & vos adeo vobismetipsis, quod votum nostrum ut matrimonij autor, clementissimus DEVS, ratum faciat, conceptis verbis eius maiestatem supplices vnà precabimur Vale. Helmstadio ex acad. Iulia. pridie Kalendar. Maij. Anno M. D. IC.

Ioannes Potinius græcarum litt. Professor.

ALIVD.

A L I V D.

**E**O Edera coniugij summo sunt grata parenti,  
 Hæc fouet, hæc omni cælitus ornat ope.  
 Ergo coniugium felix VALTINE videbis,  
 Et thalami consors pulchra CATRINA tuæ.

M. Herman. Giseke Helmstad-  
 parria Ecclesia Diacon.

A L I V D.

**Π**νεῦμα ὁ Θεὸς τελέθει καθαρὸν θ' ἱερὸν τε καὶ ἀγνόν,  
 μαχλοσύνην μισθῆν, χ' ὅσα βέβηλα πέλει  
 τῆτο καλῶς νοεῖ μνηστῆρ ΜΥΛΙΟΣ πανάρισος,  
 λαοσόχ χριστῆ πισότατος, θεράπων.

κρηδίη αλοχος γὰρ ἐκείνω ὀπάζεται ἤδη  
 πανταγαθῆς βέλῆς παιδονάτοιο πατρός.  
 ἔνομα τῆς ΚΑΘΑΡΙΝΑ ἔφυ: καθαρῆ ὅτι ἐσί  
 λαβραμένη ἀγίω λῆτρῳ ἀλεξιμάκῳ.  
 ἔμμορε θελαυρῆ, ὅτις ἔμμορε πλῆττ εἰραστῆ  
 ἀλλὰ γυνὴ καθαρῆ φέρτερον ἐσί γέρας,  
 ἠδε μόνον δίδοται θεόθεν καθαρῶς διάγοντι  
 καὶ τιμῶντι θεὸν σῆθεσιν ευαγέσιν.  
 τοίην ἤδη ἐπεὶ σοι ὀπάζει πάντα κυβερνῶν  
 κηρόθι συχαίρω ΜΥΛΙ ἀδελφὲ τεῖν.  
 δῶκε θεὸς κεδνήν σοι καὶ περικαλλέα Νύμφην  
 τὴν ΚΑΘΑΡΗΝ ἠτίς φίλτατόν ἐσί γέρας.  
 οἰκτρὸς πέλεται, ἀγνή, καλλίτριχος, εὐφρων,  
 εὐειδῆς, γλυκερῆ, χ' ἡμερόεσσα κόρη  
 ἐν ταύτης μαλακῶς κ' εὐ ἀγκοίνῃσιν ἴαυε  
 εὐθύμως διάγων ἡματα πάντα εἰς.



ἔγω ἔρω ἀμφοῖν γλυκερὸς τε καὶ ἡδέα τέρψις  
καὶ κύπρις μελίφρων, καὶ πολύτεκνος ἔρω  
ΜΥΛΙΕ δῶσι θεὸς σοι, νόμῳ δῶ τε φιλίῃ  
δηρὸν κ' εὖ ζῶειν ἡδὲ ὁμοφρονέειν.

M. Jonas Nicolai Osterovic.  
Pastor Amfurtensis.

*ALTERVM EIVSDEM.*



**H**Æc est illa dies, niueo signanda lapillo,  
Quæ confert MYLIO gaudia vera meo.  
Hæc est illa dies, quâ tot suspiria CHRISTVS  
Audiit, & fuit pondus habere preces.  
Nam quoties MYLIVS tacito fuit ore locutus,  
Et mœsto tales protulit ore sonos:

Masculus en ego sum, connubia sancta negabis  
Tunè mihi, cæli qui regis astra, DEVS?  
Condicione satus fragili sum magne Creator.  
Nec possum liciti sorte carere tori,  
Ah mihi iunge parem, castis quæ moribus vxor,  
Sit probitatis amans, sit pietate potens.  
E supera tantum donum cui contingit arce,  
In terris felix huic paradifus erit.  
O venerande DEVS, mea mens, animusq; meum Cor,  
Subditur arbitrio dirigiturq; tuo,  
Ah quoties quoties tristi sum corde precatus,  
Detur in amplexus casta puella meos.  
Sit quæcunq; fiet, fiat modò sancta voluntas,  
Hanc tua coniungat gratia Dîa mihi.  
Hæc consors thalami placeat, tibi quæ placet vni,  
Te duce, legitimi fors erit apta tori

Da



Da saltem sociam, quæ sit mihi commoda, sancto  
Ne mea sit verbo dissona vita tuo.

Illam da, quâ cum soli tibi fidere possim,  
Et miseræ vitæ tristia fata leuem.

Detur amica mihi coniunx, quæ tempore mœsto  
Diminuat curas nocte dieque meas.

Quæ me fente fleat, mecum quoque gaudia ducat,  
Cum fuerint læti, te moderante, dies.

Ah me coniugio sanctoque pioque beatum  
Reddas, perblandis pignoribusque tori.

Hæc ego te solum votis ardentibus oro,  
Ah facias cordis sint rata vota mei.

Non ingratus ero, referens præconia laudum  
Nunquam non nomen concelebrabo tuum.

Hæc etiam flammæ in casto pectore virgo  
Sensit, & hæc ΚΑΘΑΡΩ fudit ab ore preces.

Sanctæ DEVS, sanctam qui nos vis ducere vitam,  
Cuique tori casti foedera sacra placent.

Tempus ubi fuerit blandum mihi iunge maritum,  
Quo cum iucundæ tempora pacis agam.

Semper honos, nomenque tuum cantabitur ore  
Pergrato, laudes nec reticebo tuas

Talia dicta dedere: DEVS mox annuit: atque  
Monstratur MYLIO mox CATHARINA pio.

Quæ probitate nitens, per honesta, pudica, modesta,  
Quæ studiosa DEI, quæ studiosa viri.

Hæc solamen erit mœsto, gratumque leuamen,  
Auxilium, vitæ præsidiumque tuæ,

De tali sponfa, nulli virtute secunda  
Gratulor, exoptans prospera quæque tibi,

Et

Et tibi sponsa decens de sponso grator amato,  
 Qui certè magno flagrat amore tui.  
 Viuite concordēs ambo, feliciter omnes  
 Degite tranquillos & sine lite dies.  
 Et quia coniugium quædam fert tristia, tristem  
 Vos semper forti pectore ferte crucem.  
 Et dum fata iubent vos casto ludere lecto,  
 Viuite concordēs inanimēsque DEO.  
 Ut vobis bino capitis qui corpore somnum  
 Post annum somnos tertius excutiat.  
 O fortunatum Sponsum, Sponsamque beatam,  
 Quos sic æthereo CHRISTVS abaxe beat.

DISTICHON NVME-  
 rale ad Sponsum.

Sponfa pVDICa VenIt CLarl Catharina VaLentIs.  
 Opto VaLens Vt sis: Virgo pVDICa VenIt.

ALIVD.

AD SPONSVM.



SENSIBILE OMNE (*docet Physicus*) veneran-  
 de Magister,

EXCELLENS SENSVS LAEDIT,

*idemq; nocet;*

*Exue tristitiam sensim, cape gaudia sensim.*

*Affectum stringat certus utrumq; modus.*

Quæ sis perpeffus nouerunt CORCVLABINA,

*Ceu malis, VNVM COR viriusq; tenet:*

Tristia tristatis conquesti plurima uterq;

*Corcula quæ miror sustinuisse duo.*

Discipulis

Dispulit interdum sed paruula spes mœrorem,  
Quo cor compressum se releuare pote,  
Inq̄, dies fulsit spes plenior illa, fugatâ  
Tristitia, causis tristitiæq̄, simul.  
Ac veluti luna coeunt cum cornua tota,  
Efficiuntq̄, orbem, fulget imago nitens:  
Sic tibi nunc lato pleno spes orbe refulget,  
Illustrans, recreans cor faciemq̄, tuam.  
Quid spes, spes inquam? Res res ipsissima, votis  
Sperata ab toties, iam datur ecce tibi,  
Optatis, votis meliorq̄, ac lautior ipsis,  
(Sic sibi fidentem curat amatq̄, DEVS.)  
Optasti FRVCTVS studiorum: mille rependet  
Conditio hac, tibi quam detulit ipse DEVS.  
Hanc tu sperasses in somnis, docte Magister?  
Det DEVS hîc (dixit) pellere posse famem,  
Si non ampla mihi, contingat functio honesta,  
Quæ nutrire queat meq̄, meosq̄, satis.  
Optasti sociam thalami maturior annis,  
Cum tibi ux̄eg, pio cura secunda fuit:  
Ipsa Venus Sociam præ multis obtulit vnâ,  
Nomine quæ Καθαγή, pectore quæ Καθαγή,  
Quæ te plus proprijs amat ac obseruat ocellis.  
Quæ tibi nil nisi mel, delitiæq̄, mera.  
Singula sic simul atq̄, semel potiora vel ipsis  
Contingunt votis, intime amice, tuis.  
PASTOR es & SPONSVS fermè vnâ luce, notanda  
Cretâ: num pectus gaudia tanta capit?  
Gratulor ex animo tibi tantum letus honoris,  
Atque tuis cœptis prospera quæque precor.  
Denuò & admoneo, sensim cape gaudia tanta,  
Omne etenim nimium destruit omne bonum.

B

Munus

*Munus id omne D E I noscas, in cuius honorem  
Vertito quicquid habes; vertito quicquid agis,  
Et tibi commissas geminas sacer, optime, Sponsas  
Sponse, D E I Sponsam protege, Sponse tuam.  
Sic chorus atque thorus florebut germine sacro,  
Verbi fruge chorus, prolis & ipse thorus.*

Affinitatis ergò f. M. Iohan.  
Caius Neandr. Scholæ  
Rector.

### A L I V D.

*Carit.*



Vod nunc egelido tepore blandum  
Sunt gaudia, discutitque curas,  
Dum nouam omnibus induit figuram,  
Iucundis Zephyri explicans decentes  
Auris FLORA sinus, sonosque dulces  
Formant in nemorum comis volucres,  
Si cui lætius auspiciatiusque  
V E R nitet tamen, idque tu fateris,  
Quàm tibi, decus, ô M Y L I, virorum,  
Dic, quæso, segetemne basiorum  
Et tot millia morfiuncularum  
Et tot mille tactiuncularum  
Vlla merce operosiore mutes?  
Non faxis, scio. Nec resecta venis  
Acquè te capiant metalla Iberis,  
Nec quantum India legit auri, opumuè  
Annis euomuit Tagus trecentis.  
O quantum est hominum venustiorum,  
Quis suum hîc mihi calculum negabit?

Certè,

Certè, quem viduas iacere noctes  
Deterret teneras edens medullas  
Ignis, & iecur vstulans, amor  
Exemplo iubeam tuo mederi.  
Nam te nec nimio puella naso  
Depygisue, thalassico colore,  
Distortis labijs, vel ore sparso  
(Quamuis hæc potius forent ferenda,  
Quàm si propudium, lutum, lupanar  
Tædis sese eat implicatum honestis)  
Furata est tibi, quod suëvit vsu  
Blennis, & stolidis venire Maccis:  
Sed polita animum, polita corpus,  
Formarum iubar, atq; flos, puella,  
Quam nunc deperis impotente amore,  
Quantum qui pote plurimum, Cathrina  
Tanta te valuit domare flamma.

Videsnè vt geminæ faces, ocelli  
Exerunt Venerem, pudore mixtam,  
Vt frons marmore purius renidens  
Sese venditat, aurei vt capilli  
Vernantes radiant, vt emeretur  
Multa millia sauiationum  
Ridens gratia valgij labelli,  
Vt se mollior anferis medulla  
Commendet cutis, ima & oricillâ!  
Vt verbo semel eloquar, **VENVSTA** est.

Sed hæc dona Amathuntia nec ipsa  
Pallas deseruit suo fauore,  
Nec solertia, Castitasq; pura  
Desinunt speciem intus æmulari.  
Tum facundia mellilinguis ore

Quanta sessiter, eruditus ipse es,  
Cum te furriperet tibi, vt liberet.  
Hanc te plus oculis tuis amare  
Nolint, queis adamante cor ligatum est.  
Ego, ni benè te marem putarem,  
Hac semper iubeam calere formâ:  
Nam mî cornea fibræ nulla est.

Nunc qui sese animis amant, amantur  
Mutuis, Hymenæus implicabit  
Vel vite ambiciosiore nexu,  
Errantiuè hederâ, aut tenace visco.  
Nunc seruire Thalassio docebit,  
Quem votis toties sibi inuocarunt.  
Nunc sparget pueris nuces, dicatus  
Maiori officio, nouus maritus,  
Porrigetq; sinus, ligante Zona  
Soluendos noua nupta, amore feruens.  
O quantum est hominum politiorum  
Vidistis venerem auspiciorem?  
Vos vestramq; domum Imperator æui  
Successu beet vsq; & vsq; fausto,  
Sponsi, quod superest, procul repellens  
Quæ vobis mala moliuntur Atæ,  
Vt fructum vegetæ vberem iuuentæ  
Signatis lepidam, iuuantibus Dijs  
Nixijs, sobolem: Quibus fauoris  
Dico hoc mnemosynon mei perenne  
Septenos decies nouem Phaleucos.

*Iohannes Nendorphius.*

ALIUD

ALIVD.

*Anacreonticum.*

**I**bi sacer supremi  
Valentine sacerdos  
Et optimi parentis  
Ego prius quid optem?

O quæ omnium satori  
Charis dilecta rerum,  
Mortalibusq; grata;  
Te sine coniugalis  
Parum iucunda vita,  
Noui transfer te in adeis  
Sponsi, nouæ te in adeis  
Sponse venusta transfer  
Tristiq; ames fugata  
Ira limen satelles.  
Ego prius quid optem?

Melchior Becker.

ALIVD.

AE N I G M A.

*In nuptijs iisdem propositum.*

**D**ic num sit terris CHRISTO crudelior hostis,  
Hydrâ inter septem quæ iuga magna latet?

B 3

Dic

Dic hominū num sit pestis crudelior vlla  
Hydrā hac, si caudam respicis atq; legis?  
Vtraq; natura bona res est, absq; veneno,  
Sed Satanæ fraude est vtraq; facta mala.  
O duplex victor, cui sunt hæ pectore vires!  
Vincat vt hæc vno nomine monstra duo.  
Hæc tu iam vincis victor, doctissime Myli,  
Cum Monstris bellum non sine laude gerens.  
Hydræ doctrinā vincis caput: Atq; triumphas:  
Coniugio caudam vincis: Et iō vir es.  
Dic nunquid victor meritus sit iure trophæum?  
Nunquid & iō bis quisq; triumphæ canat?

*Abrahams Krigius.*



A L I V D.

*In Symbolum Sponsi.*

Gottes Will / Mein Ziell.

**M**eta mihi rerum clementis *VELLE IEHOVAE est:*  
*Vis me Pastorem; vis quoq; coniugium.*  
*Meta Ministerij, vite sis meta iugalis*  
*In cælis metam regna beata dabis.*

**IN**





*I N A L I V D S.*

**GOTT** ist Mein Trost.

**C**onfolor adest **D E V S** vnus rebus in arctis,  
**L**ibera nostra malis pectora pressa facit.  
**B**inos in cruce nos **D E V S** ò solare iugatos  
**S**ponfos! reddemuſ sic tibi vota, preces.

*Christophorus Mylius Scholæ  
Ilfeld. alumnus.*



1122

1122

1122

1122

1122

1122

1122

1122

1122



AB 113 723

ULB Halle

3

002 387 581



TA → a

**F**umo et phēni =

**F**atru uerū rīdā

**F**ru uestram.

**F**urtas. **offer**

**F**estā dī.

**F**erū. que rī

ta sunt honor

r solimāte

nt. **De. H. Ser**

re hū orfary m

st m. r. t. s. h. r. i. q.

canentes ius tuas non recedat ac  
cipita. et rōstis sacrorū tū rēpē  
clonīs cōfessio. **A. D. A.** <sup>et popu</sup> hō sūctī me.

**Q**uestite refecti sacrorū **q. d.**

tis et gaudēs supplices te dōne

deprecantur. ut quos q. d. amitt

trūpēs ptegrāū amittit. **A.**

**Theodici r. r. s.** <sup>et popu</sup> b. l. e. a. d. h. m. s.

**Q**uis qui nos hū rī m. **Q. d.**

dōri m. i. s. t. u. i. c. i. s. t. o. n. i. e. g. l. o.

rofa m. i. n. i. d. a. s. et ptegrāū p. s. t. e.

robas eius imitatorē p. o. s. t. o. r.

et oratione filiorū. **A. P. S.** <sup>et popu</sup> m. i. s. s. i. s.

uillitas. **q. d.** <sup>et popu</sup> B. e. a. t. i. s. u. i. c. **S. u. i. n.**

24.



REVERENDO  
DOCTISSIMOQUE VI-  
RO, DN. M. VALENTINO  
Mylio, Pastori Ostrauiano

ET

LECTISSIMAE VIRGI-  
NI CATHARINAE LOH-  
mans, Sponsis, gratulantur  
amici.



HELM AEST ADII

Excudebat Iacobus Lucius,  
Anno M. D. IC.

